

**לְחַצְרוֹתָיו** ob vel ad atria Domini:) in quibus A  
 scil. conveniebant Israëlitæ, spectandorum sacri-  
 ficiorum, audiendarum concionum & cantio-  
 num vel musicæ, fundendarum precum, persol-  
 vendarum laudum, ac impetrandæ remissionis  
 peccatorum causâ, item ubi sacras ex decimis  
 eucharisticisque victimis instituebant epulas,  
 &c. vide *Exod. XXVII, 9. seq.* Plurali iterum utitur,  
 quia atrium, seu spatium illud *ἱερόθυρον*, taberna-  
 culum templumque ipsum ambiens & inclu-  
 dens, erat duplex, exterius pro populo, interius  
 pro Levitis ac Sacerdotibus, *2. Reg. XXI, 5. 1. Par.*  
*XXVIII, 6. 2. Paral. IV, 9.* atque sic supra quoque  
*Psalms. LXV, 5,* dixit: beatus, qui habitat **לְחַצְרוֹתָיו**  
 in atriis tuis: *Psal. XCII, 14.* plantati in domo Do-  
 mini, **לְחַצְרוֹתָיו** in atriis Dei nostri florebut: *Psal.*  
*C, 4.* introite portas ejus in celebratione **לְחַצְרוֹתָיו**  
 atria ejus in laude; *Psalms. CXVI, 19.* vota mea ex-  
 solvam **לְחַצְרוֹתָיו** &c. *Psal. CXXXV, 2.* lau-  
 date DEum, qui stas **לְחַצְרוֹתָיו** domus Dei nostri.  
 De atriis templi Salomonei qui desiderat plura,  
 adeat *L' Emper. middoth. p. 70. seqq. 169. seq. Joseph.*  
*l. 15. A. C. 14. & l. 6. B. c. 6.* Prefixum (**לְ**) est propter,  
 ut *Exod. IV, 26. &c.*

**לִבִּי** cor meum & caro mea:) i. e. totus ego,  
 quantus sum, tam anima, (cujus in Corde sedes,) *anima*  
 quam corpus & membra ejus singula: vel; *anima*  
 mea appetit, & cor meum, h. e. id quod in animâ  
 est instar cordis aut medullæ præcipuum nobilif-  
 simumque. Confer *Psalms. LXXIII, 26.* caro mea &  
 cor meum defecit. Lutherus: mein Leib und Seel/  
 (prius: mein Herz und Leib.) Sic *Psal. LXXIII, 2.* fitit  
 ad te anima mea, desiderat ad te caro mea.

**יִרְנְנוּ** exultant ad DEum vivum:) ita Pagn,  
 vel (juxta Pisc.) exclamant, & præ tristitiâ vociferan-  
 tur, quomodo proximè de animæ deliquio vel  
 consumptione verba fecit. Quorsum citatur illud  
*Thren. II, 19.* surge **יִרְנְנוּ** vociferare de nocte, in prin-  
 cipio vigiliarum effunde ut aquas cor tuum. Vi-  
 de supra *Psal. LI, 16.* Campensis: præ gaudio exilie-  
 bant ad nomen Dei vivi. Luth. freuen sich in dem le-  
 bendigen Gott. Quotiescunque scil. post feria,  
 mea desideria compos reddor votorum, atque in  
 spiritu tuas gusto, Domine, delicias, tunc ad te  
 præ gaudio exclamo, canto, &c. Atque h. m. de  
 exultatione spirituali etiam *Chaldeus, LXX, Vulg.*  
*Syrus, Arabs, Æthiops, &c.*

**יְיָ** DEum vivum:] qui scil. verus est DEus  
 in relatione ad idola Deosve gentium fictitios,  
 qui uti in se & per essentiam formaliter est ipsa  
 vita, ita & effectivè viventium omnium opifex  
 vitæque omnis origo. Plura de hõc Dei epithe-  
 tō vide sis *Psalms. XLII, 3.* confer *Job. V, 26.* ubi Pa-  
 ter vitam dicitur habere in semetipsõ, Filioque  
 dedisse vitam habere in seipsõ: *cap. VI, 57.* ubi Fi-  
 lius dicitur vivere per Patrem: *Athor. III, 15.* princeps  
 vitæ &c. Adhunc ergõ Deum vivum vociferatur,  
 Davidis anima, præ desiderii scil. visitandi ejus  
 tabernaculum vehementia, in quõ Deus præsen-  
 tem tunc se exhibebat. Adeoque præpositionem  
**יְיָ** non opus est cum Piscat. reddere propter, nec  
 cum Junio statuere ellipsin: exclamant (venien-  
 di) ad DEum fortem viventem (desideriõ,) nam qui  
 appetit locum cultus divini publicum, ille meritõ  
 ad DEum quoque clamat, ut qui ædium illarum  
 est Dominus, quique facultatem largitur intro-  
 grediendi, &c.

EXPLICATIO VERSUS IV.

**etiam:**) comparisonem hîc instituit  
 Psaltes inter delectabilitatem nidi, in quo cum  
 pullis suis placidè requiescit avis, & inter amœ-  
 nitatem altarium vel locorum cultus divini solen-  
 nium, ubi anima quoque requiescit securè, tan-  
 quam inter Dei brachia, aut velut in securis in-  
 cunabilis. Plenarius verò sermo quoad Latini-  
 as aures esset foras talis: fervidè equidem con-  
 cupiscit anima mea has ædes Dei sacras, adeo eti-  
 am, (ut sicut latatur) avis, que invenit nidum, (ita  
 & ego inveniens) altaria tua &c. Vel: (servus tuus,  
 aut, cor & caro mea, ex vers. 3. tanquam) avis in-  
 venit domum &c. videlicet altaria tua Domine. Sic  
*1. Samuel. XXIV, 15 & XXVI, 20.* simpliciter David  
 se vocat pulicem, canem mortuum, æquè ut hic  
 avem de nidõ inventõ hilarem. Pertinetque hoc  
 ad classẽ similiarum implicitorum, ubi desunt,  
 particula *προπόσεως* & *ἀποπόσεως*, ut *Psalms. XIV,*  
*4.* edentes populum (sicut) edunt panem: *Psal.*  
*CXXXV, 2.* Jerusalem montes circa illam, (i. e.  
 sicut circa Jerusalem sunt montes; ita) Jehova  
 circa populum suum: *Job. XXIV, 19.* (ut) ficitas &  
 æstus rapiunt aquas nivis (ita) sepulchrum pec-  
 cantes: *Cobel. X, 1.* musca mortifera foetere facit  
 unguentum, (sic) hominem pretiosum modica  
 stultitia, &c.

**avis:**) nomen hoc est generale, quamvis  
 complectens avium speciem, uti dictum *Psalms.*  
*VIII, 9.* nonnulli tamen restringere illud h. l. ma-  
 lunt ad passeres, (vide sis *Bochart. tom. 2. hieroz. f. 145.*  
*seq.* latius hæc deducentem,) qui domum reperi-  
 unt, hominum scil. ædes, in quarum rimis aut  
 latebris suas parare solent mansiunculas ac ni-  
 dos: quanquam acceptio isthæc vocis **אֵיבָה** tam  
 stricta pro domiciliõ hominum, non sit neces-  
 saria, quin potius **בַּיִת** domus & **מִדְּבַר** pro mo-  
 re Psalms, res similes per synonyma in di-  
 stinctis membris repetentium, habendæ erunt  
 pro æquipollentibus. Avi alioquin fugitivæ, in-  
 certisque sedibus erranti, se comparavit David  
*1. Sam. XXVI, 20. Psalms. XI, 1.* hinc nidum sibi nunc  
 optat, ne ave sit infelicior. Domum verò pro nido  
 usurpari videas etiam apud *Virg. Georg. 2. antiquat-*  
*que domos avium cum stirpibus imis eruit.*

**invenit:**] h. e. quod avis habet, re-  
 C pto nido, idem & ego repertis tuis altaribus.  
 Imò inventio communiter præsupponit quæsi-  
 tionem: ita & hic anima priorum quærendo pas-  
 sim non reperire illam potest, nisi repertis Dei altari-  
 bus. Abit hic planè Bohlius: sollte mich nicht nach  
 deinen Altaren verlangen/ welche sind zu Vogel und  
 Schwalben-Nestern worden/ die sich in wãhrender  
 Verwüstung ic. verum totus contextus non sta-  
 tum ecclesiæ pressa, sed florentis, exhibet facis  
 evidenter.

**birundo:**) ita vox hæc, libertatem aliàs  
 crebro satis significans, hirundinem designat  
 hic & *Proverb. XXVI, 2.* **כַּצְפִּיר** sicut avis (vel  
 passeris) est vagari, **וְהִירָר** & *birundinis* volare; ita  
 maledictio non merita non venit. Ratio dedu-  
 ctionis in promptu, cum *hirundo libertatem* amet  
 adeo, ut citius moriatur, quam in cavẽa serviat  
 homini inclusa: vel quia liberè vagatur inter  
 homines, inque eorum ædibus nidulatur. *Chall.*  
*LXX, & Vulgat.* Turtur, legentes **וְהִירָר** pro **וְהִירָר**  
 quanquam *Bochartus tom. 2. hieroz. fol. 51. seq. late*  
 propu-

149  
 pugnaret han  
 columbum vel  
 columbis ag  
 ponit hic p  
 magnis ced  
 Verum q  
 in æde sacra  
 hominum co  
 columbis agre  
 cura in te  
 nidum:)  
 atque requ  
 nidõ, ne in  
 rapacit  
 frigidit  
 animæ p  
 accom  
 quõ.)  
 est, בּוֹ  
 prazmit  
 pleonasticõ  
 יִרְנְנוּ  
 speravi. V  
 שֵׁשׁ  
 ibis. &  
 אֵיבָה  
 pu  
 rum  
 amor, t  
 quod fib  
 nido;  
 altarium  
 securitatem  
 super pu  
 aquilinis,  
 efflor  
 merka co  
 mox sub  
 avibus da  
 in ta  
 taceo alia  
 alta  
 ad ver  
 servus,  
 Domine.  
 sed sine  
 ut sit a  
 Pari etiam  
 addens,  
 VIII, 2.  
 tamen e  
 quæ  
 ponere  
 nido. C  
 se & aver  
 amorem secur  
 verò men  
 firmè cultus  
 putat ne  
 idem a  
 Psalms. xxv  
 ad  
 sacr  
 eucharisti  
 affer  
 erat altare  
 igitur  
 ubi hie  
 Luc. 1,